



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Locorum Communium Religionis Christianae Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 41. Est ne ulla praedestinationis & reprobationis meritoria in homine causa?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

LOCORVM COMMVNIVM  
nari. Vnde & illæ propositiones: præ-  
scitus potest saluari: vel prædestina-  
tus potest damnari, in sensu compo-  
sito falsæ sunt, licet in sensu diuiso cõ-  
cedantur. Neq; etiam prædestinatus,  
esse potest non prædestinatus, nisi se-  
cundum distinctionem datam.

Cuius etiam effectus, est saluatio: si-  
cut effectus reprobatiõis, damnatio.

Caput 41.

Est ne ulla prædestinationis & repro-  
bationis meritoria in homi-  
ne causa?

Rom. 9.  
Malac. 1.  
Rom. 5.

Rom. 9.

Rom. 9.

**O**bdurationis quidem, quæ sci-  
licet est gratiæ diuinæ subtra-  
ctio, seu non collatio, meritum  
aliquod est, scilicet obdurati præce-  
dens peccatum: non autem reproba-  
tionis, quæ. s. est æterna. Prædestina-  
tionis autem, neque si spectes æter-  
nam Dei electionem, neq; si contem-  
pleris temporalem ipsius gratiæ col-  
lationem, aliqua causa esse potest dun-  
taxat ex prædestinato: quia primam  
gratiam nullus meretur, alioqui gra-  
tia non diceretur, quæ scilicet gratis  
datur. Itaq; non propter merita futu-  
ra seu bona, seu mala Deus hunc ele-  
git, & illum reprobauit: sed liberè  
iuxta

iuxta be

Necq;

sa peccat

natio bo

berum d

Quan

est respec

fit, futur

teritum

minui po

licet est e

& futur

Vnde ff

**O**

quæ lun

uam cac

nipoten

cunq; ve

tus, om

Nec

fit amb

Potest e

si non c

nobis e

Simi

potenti

decipi,



iuxta beneplacitum voluntatis.

Necq; verò Dei reprobatio est causa peccati, (sicut tamen eius prædestinatio boni est causa) cum peccanti liberum dederit arbitrium. *Aug. lib. 1. cap. 27. Retract.*

Quamuis autem præscientia, quæ est respectu futurorum, minui possit, futuris, scilicet in præsens, vel præteritum transeuntibus, non tamen minui potest eius scientia, quæ videlicet est omnium præteritorum, sicut & futurorum & præsentium.

### Caput 42.

Vnde spectanda omnipotentia Dei?

**O**mnipotens dicitur Deus, non deo quia potest omnia, quæ vult, sed quia potest omnia, quæ sunt factibilia, seu quæ sub actuam cadunt potentiam. Nam ad omnipotentiam non sufficit posse quæcumq; velis: alioquin & quilibet beatus, omnipotens dici posset. *Aug. lib. 1. quest. ueteris ac nouæ legis, cap. 6.*

Nec obstat his, quod Deus non possit ambulare aut loqui, & sic de alijs. Potest enim, licet non per se, quia ipsi non competit: tamen per nos & in nobis ea facit. *Aug. lib. 7. de symbol. de fid.*

Similiter non pugnat cum omnipotentia Dei quod mentiri, fallere, decipi, aut peccare non queat. Talia enim *Io. Chry. in hom. de exposi. symbol.*